SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE
BOLLETTINO
HOLY SEE PRESS OFFICE BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIÈGE PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE SALA DE IMPRENSA DA SANTA SÉ
BIURO PRASOWE STOLICY APOSTOLSKIEJ دار الصحافة التابعة للكرسي الرسولي

N. 0293

Sabato 02.05.2009

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 25° ANNIVERSARIO DELLA VISITA PASTORALE DEL SERVO DI DIO GIOVANNI PAOLO II IN THAILANDIA (BANGKOK, 10-11 MAGGIO 2009)

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL 25° ANNIVERSARIO DELLA VISITA PASTORALE DEL SERVO DI DIO GIOVANNI PAOLO II IN THAILANDIA (BANGKOK, 10-11 MAGGIO 2009)

In data 14 marzo 2009, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Joseph Zen Ze-kiun, S.D.B., Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del 25° anniversario della Visita Pastorale del Servo di Dio Giovanni Paolo II in Thailandia, che avranno luogo a Bangkok nei giorni 10-11 maggio 2009.

La Missione che accompagnerà l'Em.mo Card. Joseph Zen Ze-kiun, attualmente Vescovo emerito di Honk-Kong, è composta da:

- Rev.do John Bosco Thepharat Pitisant, S.D.B., Superiore Provinciale dei PP. Salesiani in Thailandia;

- Rev.do Vincent Ekapong Pongsungnern, del clero dell'Archidiocesi di Bangkok, Assistente del Segretario Generale della Commissione Episcopale *Pastoral Care of the Christians*;

- Rev.do Mons. Marek Zalewski, Consigliere di Nunziatura a Bangkok;

- Rev.do Mons. Dennis Kuruppassery, Segretario di Nunziatura a Bangkok.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre al Suo Inviato Speciale:

● LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
IOSEPHO S.R.E. Cardinali **ZEN ZE-KIUN**, S.D.B.
Episcopo Sciiamchiamensi

Quinta iam et vicesima recolitur memoria ex quo tempore Decessor Noster Dei Servus Ioannes Paulus II Thailandiam invisit, qui sollicite libenterque ad hanc Nationem olim accessit, Salvatoris bonum nuntium demonstraturus. Eo quidem adstante, omnes ad potiora petenda sunt incitati, tum quod ad spiritalem progressionem attinet, tum quod ad humanam promotionem spectat.

Admodum ideo decet et convenit ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non huius rei dumtaxat recordationem repetendi, verum homines ad ferventiorem religionis sensum, ampliorem probitatem certioraque proposita, pristinis illius Pontificis verbis ob oculos habitis, permovendi.

Miserenti igitur favente Domino, evenientis mensis Maii X-XI diebus Bancokii sollemnis erit celebratio, unde sive catholici sive gentiles ex hac re fere sumentes vigorem, uberiores omne genus progressionis fructus fundant et laetiores dies experiantur.

Quocirca ut ritus hic magnificentius efficaciusque evolvatur, Venerabilis Fratris Georgii Yod Phimphisan, Thailandiensis Episcoporum Conferentiae Praesidis, postulatis libenter occurrentes, mittere aliquem eminentem Praesulem statuimus, qui partes Nostras sustineat et Personam agat. Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, ***Missum extraordinarium Nostrum*** renuntiamus et constituimus ad celebrationem quam supra diximus agendam.

Universis igitur participibus fidelibusque inibi cunctis mentem Nostram benignam ostendes, cum quamvis longo spatio separemur adsimus spiritu praesentes. Omnibus Nostro nomine Benedictionem Apostolicam impertias volumus, quae sit animorum renovationis signum et futuro de tempore supernorum nuntiatrix donorum.

Ex Aedibus Vaticanis, die IV mensis Aprilis, anno MMIX, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[00682-07.01] [Testo originale: Latino]